

tra externas infirmitates. Harum itaq; differentia  
hac obseruanda est. Extrinsecorum Remediiorum  
quædam solis vulneribus sunt deputata, vt quibus  
vulnus quodpiam viginti quatuor horarum spacio  
curari queat, Cuius ratio talis est. Postquam enim  
vulnus factum est, nihilo ad curam indiget alio, p-  
terquam quod partes diuisæ vicissim denuo coale-  
scant, et quasi duo asseres in vnum conglutinentur.  
Non sunt itaq; vulnera in ipsorum latitudinis exten-  
sione relinquenda, et sic carne complenda, qd plus  
*Vulnerum curan-*  
Rusticum est quam Medicum. Atq; hinc obserua,  
quod postquam vulnerum coierunt ambæ partes,  
instar duorum conglutinatorū asserum, plus quam  
mediam eorum curam absolutam esse. Hoc autem  
eius medicinæ opera fit, quæ à natura sua propria  
ambo vulnerum labia cōtrahit adeò, vt melius coi-  
re et contrahi nequeant. Postquam verò labia in v-  
num coaluerint, ipsa natura per medicinam in vnum  
concrescit et coniungitur, vt nullum amplius vul-  
nus remaneat, nisi fuerit ossium fractura, quin faci-  
liter et exactè viginti quatuor horis curetur. Ossa  
autem non patiuntur se cogi in vnum instar carnis,  
ideoq; de ipsis nullam hoc loci facimus mentionem.  
De alijs verò vulneribus exempli gratia dicamus in  
hunc modum, Si cui membrum quodpiam dissectū

Y iij fuerit

*Extrinseca in vul-  
neribus.*

*Vulnerum curan-  
dorumratio.*

*Ossiumfracturae*